

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 9737

**Auteur(s) :** Gondrea, dame de la Ferté [autre]

**Bénéficiaire(s) :** La Hoguette, Saint-André-en-Gouffern (abbaye)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** [1189, 6 juillet - 1199, 6 avril]

**Action juridique :** donation

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Gondrea, dame de La Ferté, donne aux moines de Saint-André-en-Gouffern soixante sous du Mans à percevoir annuellement des revenus de la prévôté de Bellou[-en-Houlme] et de ses moulins du même village

## Tableau de la tradition

### Original

A. Caen, Arch. dép. Calvados, H727.

### Indications

Léchaudé d'Anisy Amédée-Louis, *Extrait des chartes et autres actes normands ou anglo-normands qui se trouvent dans les archives du Calvados*, Caen, Mancel (MSAN ; 7-8), 1834-1838, 2 vol., t. 1, « Abbaye Saint-André-en-Gouffern », .

## Dissertation critique

Transcription : Tamiko Fournier-Fujimoto

Richard Ier Cœur de Lion, roi d'Angleterre, le 6 juillet 1189 – le 6 avril 1199 ; Guillaume Fitz Raoul, sénéchal de Normandie, 1178-1200.

Texte d'après A

Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris quod ego Gondrea domina de Feritate dedi et concessi Deo et Beate Marie et monachis Sancti Andree de Gouffer, pro salute anime mee et patris et matris mee et omnium amicorum et benefactorum meorum in puram et liberam et perpetuam elemosinam et ab omnibus secularibus pertinentiis penitus absolutam, sexaginta solidos Cenomanensium capiendos annuatim in die festi sanctorum Michaelis et Gabrielis in redditibus prepositure et molendinorum meorum de Berlou, quos redditus de Berlou, Willelmus dominus de Feritate filius meus escambiavit michi apud Cadomum ad scascarium domini regis in tempore Ricardi regis Anglie et Willelmi filii Radulfi senescalli Normannie, habendum et possidendum in omni libertate et hereditarie pro franco maritagio meo de Hauleorde, quod Fouquius Paanel dedit michi, quod ego dedi et concessi ei similiter pro escambio de Berlou. De quibus .LX. solidos Cenomanensium predicti monachi habebunt annuatim pitanciam de pane et vino et piscibus in die festi sancti Nicholai quamdiu vixero, et post mortem meam fiet in die anniversarii mei. Et si predicti monachi predictos .LX. solidos Cenomanensium ad prefixam diem sancti Michaelis non habuerint, volo et concedo de meis heredibus ut dicti monachi faciant plenariam justiciam super eadem molendinum et super prepositos meos et catalla sua qui dictos redditus meos de Berlou recipiunt et colligunt, donec dictos denarios habuerint. Et quamdiu nuncius eorum ultra prefixam diem ibidem morabitur, pro solutione

eorundem denariorum expectanda, volo et concedo eis de me et meis heredibus, ut omnibus diebus interioribus expense sue acquitentur de rebus et cattallis eorundem prepositorum. Et ne ego vel aliquis heredum meorum possimus vel etiam attemtemus aliquibus temporibus hanc donationem et confirmationem meam aliquatenus infirmare aut disturbare, presenti carta et sigilli mei testimonio confirmavi.